



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

100. Concha Carinata nauigera: Ex eodem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

quæque cymba è delphinis socium habeat, quamuis noctu & ad faces. Ipsis quoque inter se est publica societas.

Quo hausto, territam visu forte tristi. Idem ubi constat rumore, nauigantium humana calamitas in causa est.

CONCHA.

Ex Plinio.

Descriptio XCIX.

Firmioris iam testæ mures, & concharum genera, in quibus magna ludæris naturæ varietas. tot colorum differentia, tot figuræ, planis, concavis, longis, lunatis, in orbem circumactis, dimidio orbe cæsis, in dorsum elatis, læuibus, rugatis, denticulatis, striatis, vertice muricatum intorto, margine in æmucronem emisso, foris effuso, intus replicato.

Iam distinctione virgulata, crinita, crispa, cuniculatum, pectinatum, imbricatum vñ data, cancellatim reticulata, in obliquam, in rectum expansa, densata, porrecta, sinuata, breui nodo ligatis, toto latere connexis, ad plausum apertis, ad buccinam recuruis. Nauigant ex ijs veneriæ præbentes concavam sui partem, & auræ oppositas per summa æquorum velificant, saliant pectines, & extra volitant, seque, & ipsi carinant.

Addenda concha carinata manigera, ex Plin. 6. 30. l. 9.

CONCHA CARINATA
nauigera.

Ex eodem.

Descriptio C.

Nauigeram similitudinem & aliam in Proponide visam sibi prodidit Mutianus, cocham esse acatis modo carinatam, inflexa puppe, prora rostrata: in hac condi nauplium animal sepia simile, ludendi societate sola duobus hoc fieri generibus. Tranquillo enim vectorem demissis palmulis ferire vt remis. Si vero flatus inuitent, easdem in vsu gubernaculi porrigi, pandique concharum sinus aura. Huius voluptatem esse vt ferat, illius vt regat. Simulque eandem descendere incluso sinu flu-

POLYPVS.

Ex D. Ambrosio.

Descriptio CI.

Fraudulentum illud Polypi ingenium non præteribo, qui vadoso in litore petram nactus, affigitur ei, atque eius nebuloso ingenio colorem subit, & simili specie terga obductus, plurimos piscium sine vlla suspitione fraudis allapsos, dum notam non præcauent, & saxum opinantur, callibus futtiaræ artis includit, & sinu quodam suæ carnis intercipit.

Ibidem quomodo cancri ostrea diptychum suum explicantis, in lecto lapide venentur, præclaro describit.

Plinij addenda disertæ descriptio.

Ex Plinio lib. 9. cap. 30.

Non sunt prætereunda ex L. Lucullo proconsule Baticæ comperta de Polypis, quæ Trebius Niger, è comitibus eius prodidit, audissimos esse concharum. Illas ad tactum comprimi, præcidentes brachia eorum, vltroque escam ex prædante capere. Carent conchæ visu, omnique sensu alio, quam cibi & periculi. Insidiantur ergo Polypi apertis, impositoque lapillo extra corpus, ne palpatu eiciatur, ita securi graffiantur, extrahuntque carnes, illæ se contrahunt, sed frustra discuneant. Tanta solertia animalium hebetissimis quoque est. Prætereà negat vllum esse atrocius animal ad conficiendum hominem in aqua. Luctatur enim complexu, & sorbet acerbulis, ac numero suo suctu detrahit eum. In naufragos vrinantisque imperum capit. Sed si inuertatur, elanguescit vis. Exporrigit enim se resupinati, mirè omnibus marinis expectantibus odorem quoque eorum, qua de causa & nassis illinuntur. Cætera quæ idem retulit, monstro propiora possunt videri. Caricæ in cetarijs assuetus quidam polypus exire

è ma-